



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Biblia aurea cum suis histo||riis necnon exemplis || veteris  
atq[ue] noui || instrumenti**

**Antonius <de Rampegollis>**

**Arge[n]toraci, 1509**

**VD16 A 2968**

De Aspectu incauto.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30649**



# De incauto aspectu. XIII

De incauto aspectu.

Cap. xv.

Aspectus incautus est  
Preceptorum transgressivus.  
Lasciviarum incensivus.

## a Aspectus

incautus est cum transgressivus omnium preceptorum et commissivus omnium peccatorum. Nam prima mulier que postquam incaute aspexit/transgressa est preceptum domini/gule vitium letaliter committendo. Gene. iiij. Quia Cham verenda patris incaute aspexit/transgressus est et incurrit maledictionis effectum. Gene. ix. Timuit abraham/ne ex incauto aspectu homicidius sequeretur. idcirco dixit Sare uxori sue: Si viderint te egyptium/occidetur me/ et te observabunt. Gene. xij. Dina volens incaute aspicere mulieres regionis illius/fuit violata a Sichem/ multum homicidia sunt secuta. Gene. xxxij. Herodes quod salatricem aspexit incaute/caput iohannis promisit/ et nequam adimplerit. Matt. xiiij. Mar. vi. Aspectus incautus accedit et fovet lascivias et luxurias/ et maxime aspectus pulchritudinis mulierum. Nam filii dei videtes filias hominum/que essent pulchre uxores quas elegerat acceperunt.

Gene. vi. Judas quod thamar aspexit in bivio/exarsit libidine/ et cum ea peccavit. Gene. xxxviiij. Dina mephitica cui fuerat ioseph/ oculos infecit/ et eius ardens libidine/ eum molesta vit. Gene. xxxix. Vidit david incaute mulierem lavantem se: et ex hoc adulterium et homicidium perpetravit. ij. Re. xi. Holofernes iudith pulchram videns et ornata/ ab eius pulchritudine fuit captus/ et turpiter capite truncatus. Ju. x. Videbant duo senes suam annam in pomerio ambulare: et in eius concupiscentia exarserunt. Danie. xiiij.

De astutia et calliditate  
falsa. Cap. xvi.

Astuti sunt/ siue dicuntur  
Imitatores demoniorum.  
Deceptores sociozum.  
Simulatores amicorum.  
Suppressores subditorum.  
Extinctores inimicorum.  
Celatores delictorum.

## Bruti sunt

a imitatores diaboli/ qui  
primum magis astutie et  
calliditatis fuit: et hoc in serpente/ qui erat callidior cunctis animalibus terre: qui postquam mulierem suam seduxit astutia: et callide non est aggressus virum/ qui maior prudentia residebat: ut dicitur.